



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 22. Ordo Equestris a Carolo Neapolis Rege institutus, & a Papa pluribus privilegiis ditatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

exemptus, in dicta Ecclesia Pontificia-
lia munia obeat. II. Eligatur alius cum
nomine *Præpositi* Pontificalium usu no-
bilitatus, qui Episcopi vices eo absente
vel legitime impedito expleat: ambo
autem ad dignitatem cum decore suffi-
ciendam ab Electore ad Præposituras va-
cantes nominentur. III. Eligantur duo
Ecclesiastici, qui *Decanorum* nomine ho-
norentur, quorum erit Divinis Officiis
sive Horis Canonicis, præsentibus in
Ecclesia Equitibus interesse. His Col-
legiales Præbendæ conferantur, duas
que habeant adjunctos *Eleemosynarios*,
qui Decanorum officia, ipsis vel abien-
tibus vel impeditis suppleant, iisque,
quibus alii Milites Equestres donantur,
commendis, pensionibus & beneficiis
augeantur, ita tamen, ut Episcopus
ac Præpositus magnam cum stella, De-
cani mediam, & Eleemosynarii parvam
Ordinis Crucem e collo in vitta serica cræ-
rulei coloris pendentem gestare tenean-
tur. Hæc omnia Pontifex ad Serenissi-
mi Electoris præscriptum Apostolica
auctoritate approbavit.

§. XXII.

*Ordo Equestris a Carolo Neapoli
Rege institutus a Papa pluribus
privilegiis ditatus.*

*Vid. supra
p. 71.*

Anno hujus sæculi trigesimo octavo

Cardinalis Troyanus de Aquaviva no- Sæc. XVIII.
 mine Caroli utriusque Siciliae Regis A. C. 1741.
 post investituram a Sede Apostolica ob-
 tentam supplicabat, ut Pontifex ordi-
 nem seu militiam Equitum sub invoca-
 tione S. Januarii Martyris favoribus Apo-
 stolicis ac gratiis prosequi, & Pontifi-
 cia auctoritate firmare vellet. His pre-
 cibus annuens Benedictus XIV. indulfit,
 ut I. Ordinis Cancellarius Episcopali
 dignitate clarus vel alius ab eo Depu-
 tatus Sacerdos approbatus singulos E-
 quites ab omnibus peccatis & censuris
 Papæ reservatis semel in vita vel in mor-
 tis articulo absolvere, vota (exceptis
 excipiendis) commutare, & in mortis
 momento indulgentiam plenariam im-
 pertiri queat. II. Ut omnes Confra-
 tres ubicunque existant, annuente loci
 Ordinario, Oratorium domesticum eri-
 gere, & quovis die (exceptis quibus-
 dam diebus) etiam una hora ante au-
 roram unam Missam a quovis Sacerdote
 etiam tempore interdicti clausis tamen
 januis peragendam curare, & Sacra-
 menta recipere possint. III. Ut in die-
 bus S. Januarii sacris præter stationa-
 les etiam aliam indulgentiam plena-
 riam lucrari queant. IV. Ut in qua-
 dragesima lactiniis, & si opus fuerit,
 carnibus quoque vesci possint. V. Fi-
 dei rebelles tamen, & S. Sedi refracta-
 riū

Sæc. XVIII. rii ab his privilegiis omnino exclusi sunt.
 A. C. 1741. Nempe illo adhuc ævo Regibus ac Principibus ex Catholicæ Religionis principiis persuasissimum erat, piis etiam institutis potissimum robur ab auctoritate Apostolica accedere, & sacros ejusmodi favores & gratias a nemine nisi a summo Pontifice, vel alio per ipsum speciatim deputato concedi posse.

§. XXIII.

Diversæ alicæ ejusdem summi Pontificis Constitutiones.

Haud remissiori studio Benedictus XIV. Papa ad ea, quæ ad Ecclesiæ decorem, subditi gregis quietem & justitiæ administrationem conferre poterat, Pastoralem curam suam extendit, huncque in finem pro occurrente temporum, rerumque ratione hoc anno saluberrimas condidit Constitutiones. Harum prima præter jam allegatas ex ad P. Paulum a Laurino S. Sepulchri Guardianum data; cum enim hic pluribus privilegiis jam dudum obtentis confisus Sacramentum Confirmationis conferret, graves autem inde difficultates, frequentesque oppositiones orirentur, summo Pontifici sequens proponebatur dubium: *Utrum Custos & Guardianus S. Sepulchri D. N. J. C. ex speciatim*